



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Celandæ virtutis inuentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Obsequia
B. Virgini
exhibita.*

*Variapie-
tatis exer-
citia.*

*Orationi
deditus.*

*Celanda
virtutis
inuentum.*

ctissima esse deuotos. Omnibus in hac Congregatione præluxit exemplo bonitatis, obferuantia, religionis. Sabbati diebus omnibus, alijsque Virginis peruigilijs, ieiunio eam venerabatur. Quotidie proprias ei preces è Psalterio D. Bonauenturae perfoluebat. Principio cuiusque mensis Directorem Congregationis interrogabat, cui vitio præcipuè emendando se iuberet incumbere, quo cultu beatissimam Virginem, mensisque currentis tutelarem Diuum demereri. Per eos dies commentationi plusculum dabat sese, & quidquid temporis litterarum studio superabat, in orando consumebat. Omnis verò domus angulus, quem vacuum primum offendisset, ei pro Oratorio erat; nec semel à domesticis post noctis medium, nudis in solo genibus orare, post orationem humi somnum capere, deprehensus est. A sacra Communionem duas tresve horas orando extrahere consuèrat. Quolibet Veneris die, sub tenebras vespertinas, ne à quoquam nosceretur, plantis nudis viam, quâ sanctæ Cruci supplicatur, per varia stationum loca, in memoriam sacratissimæ Passionis obibat: quod vt religiosius secretiusque faceret, soleas infernè succiderat calceis, vt dum plantas soli saxorumque asperitate affligeret; tectis supernè pedibus, obuiorum oculos falleret. Quidam
ex

ex collegis eius, dum Mechliniæ studeret, *Opinio sanctitatis.*
 qui animum deinde appulit ad Religiosos
 Præmonstratenses, iam tum certam ad eò de
 Ioannis sanctitate opinionem conceperat, vt
 etiamnum religiosè asseruet, sacri instar pi-
 gnoris, Hymnum cuius initium est, *Salve Re-*
gina, Latinis ab eo versibus scriptum. Tam *Obediendi*
 promptè alacriterque Moderatoris sui ver- *mira prom-*
 bis obtemperabat, vt (quod quidam de eo *ptitudo.*
 Pater dixit) videretur Angelus esse Tobia ad
 quæuis accipienda imperia expeditus. Ali-
 quando ab hero suo Canonico Louanium
 Mechliniâ (quod iter est duodecim millia-
 rium Italicorum) mittebatur à viatico satis
 instructus. Ille pedibus iter emensus, negotio *Iter lon-*
 administrato, Mechliniam eodem die reuer- *gum nullo*
 sus est, confecto celerrimè 24. milliarium *sumptu à*
 spatio, nullo aut Louanij, aut per viam, cibo *ieiunio con-*
 potuue gustato, aut teruncio vllò viatici no- *fectum.*
 mine expenso. E rei cuiuslibet aspectu fru- *Fructum*
 ctum capere nitebatur. Erat hero suo domi *capit è re*
 canis nationis Anglicanæ; quem cum in *qualibet.*
 aquestrem venationem educaret, ostenso pa-
 nis frusto docebat transnare flumen, tantil-
 laque mercede fatigare sese, obseruare nu-
 tum, ac iussis herilibus obedire. Hinc discere *A venati-*
 se aiebat Ioannes, quâ alacriter obediendum *co cane obe-*
 Deo sit, æterna nobis præmia pollicenti. Ca- *dientiam*
 nonicus, exploratâ perspectaq; tantâ Iuuenis *discit.*
 boni